

probandi, in quam adducimur, ostendunt diuinae literae,
 uimque confirmandi, quae rei caput est, magnam egregiam-
 que pollicentur. Adeamus modo Genesim, capitique, quod
 ordine nonum est, comma quartum et uigesimum euoluamus,
 certe Chamum filium Noachi expressis כָּמֹר uocari,
 experiemur. Equidem nos non latere fatemur, multos an-
 cipiti contentione distractos de genuina huius dicti inter-
 pretatione disputare. Sunt quidam, qui suam opinionem
 defensuri ideo paruum dici credunt, non quod talis fuerit
 aetate, sed dignitate, adeoque contemptior ceteris, ac minus
 aestimatus. Nec celare possumus mentem *R. Jacobi Abendanae*
 a uera interpretandi ratione prorsus esse alienam. Suffi-
 gendi enim particulam, quae uerbo ebraeo בְּנוֹ apposita
 est, ad nepotem eius, Canaanum refert, et in לְקַטְמֵךְ בְּנוֹ quod
R. Sal. ben Melech $\text{כָּמֹר בְּנוֹ מֵלֵךְ בֶּן־יִצְחָק}$ adiecit, ita dicit: $\text{כָּמֹר בְּנוֹ מֵלֵךְ בֶּן־יִצְחָק}$
 $\text{כָּמֹר בְּנוֹ מֵלֵךְ בֶּן־יִצְחָק}$ i. e. *Suffixum in uoce* כָּמֹר
spectat ad Cham, quia Canaanus fuit filius eius paruum, Chamus au-
tem non fuit filius paruum Noachi. Sed si ipsam Historiam, ea-
 que omnia, quae inter se cohaerent paullo acrius contem-
 plumur, perspiciemus certe, uereque edocebimur, quod ipsa
 Scriptura Sacra hanc litem dirimat, suamque auctoritatem,
 quam aspernari religio uetat, interponat. Chamus scilicet
 tunc temporis pietatis oblitus, filii obsequentis ac pii offi-
 cia, nescio quo proiectae libidinis impetu raptus, deferebat.
 Cum enim patrem eius, uino oneratum, arctior complectere-
 tur somnus, nudatumque adeo ipsum iacere uideret Cha-
 mus, sibi temperare non potuit, quin ea, quae natura tecta
 esse uoluit, detecta relinqueret, magnaue cum uoluptate
 intueretur. Pater itaque somno solutus, indignatus est ue-
 hementissime, cum experiretur, quid commiserit כָּמֹר הַקָּטָן
 filius eius paruum. Atque eundem ipsum Chamum fuisse,
 qui tale scelus in patrem perpetravit, ad abundantiam
 usque est ostensum. Eodem nomine, *Benjamin*, quem na-
 tu minimum filiorum Jacobi fuisse constat, insignitur, pari-
 que ratione כָּמֹר in Scripturis † nominatur. Nostrae huic
 senten-

† *Observauit B. D. Pfeifferus, quod uox* כָּמֹר *uel* כָּמֹר *in singula-*